Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tua peccauerunt. & ideo uerata sunt. &
neminem fallunt. quibus pnuntiatur
uita iusto. pena impio ~~impio~~. Hec sunt
quippe mandata omnia iudicia iusti-
cie tue. quia iudicium dei de omni-
bus in eternum manebit. SIN.
PRINCIPES persecuti sunt
me gratis. & auerbis tuis for
midauit cor meum. Letabor
ego sup eloquia tua. sicut qui
inuenit spolia multa.
Principes. persecu. ꝛc. Qui supra hu-
ä multitatem deo obtulit. In hac. xxi.
littera. gratas sibi dicit persecutio-
nes. quibus tanquam emplastris
uulnera peccatorum curantur. Vn
de. Da nobis auxilium de tribula
tione. & alibi dns ait. Ego occi
dam & uiuere faciam. percutiam.
& sanabo. Idcoq; huic octonario
congrue premittit littera. sin.
que interpretatur sup uulnus. aut.
emplastrum. Dicit enim quod tribu-
latio curat uulnera peccatorum. &
dat salutem. Vlnus est q̃ peccm.
ä sup uulnus tribulatio. Vt iuuen
intelligitur ipsa tribulatio. sup
uulnus consolatio eloquiorum
dei. medicamentum celestium p̃
ceptorum. est stud est spuale mala-
gma. quo omne nequicie uir
abolentur. quo non adurunturs;
magis fouentur. atq; liberantur
collisi. Ad hanc ergo diuine gr̃e
medicinam. iste quasi a latronibus
uulneratus. exultans uero sama-
ritano uulnera sua detegit cu-
randa. dicens. Principes. & c̃; aut.
.d. uiuifica. & necesse est. quia pn
cipes huius mundi. rectores tene-
brarum. non quilibet. multi. quod
supra in alio octonario dixit. pse-
cuti sunt me. hoc est uulnus. gra-
tis. quia nichil suum habent in
me. non gratis pscuntur eum q̃ se ei
dederit potestati. In suos enim iure
uendicant s diuatum. aquib; mer-
cedem iniquitatis efflagitant. Alii
libri habent. non ingratis. quod idem
est. ut principes terre. scil hominem
ä regnis terrenis presidentes. pscuti
sunt me gratis. .i. sine causa. Spi-
ana enim religio non seserat regem
terre. quia & si liberi sunt xpiani.
& si habentes regna celorum.
ä tamen red dunt cesari que sunt ce-
saris. quorum etiam rex scit xpc.
tributum de ore piscis psoluit.
& licet psequantur. tamen cor
meum formidauit auerbis tuis.
quib; dixisti. Nolite timere eos
ä qui occidunt corpus. potius ti-
mete eum qui animam & corp
potest pdere in gehennam. Ti-
mor tuus excludit timorem cor.
licet enim expellar. pseribar. occi-
ä dar. unguibus torquear. ignibus
terrear. membris dilanier. tamen
plus timui tua uerba. quam eor
minatia. sic iuci. unde multa
ä spolia inueni. Et ideo Leta
bor ego iuctor. quod non est ille.
qui non patit. letabor dico sup
eloquia tua. Iste qui prius timet
ä auerbis dei. postea letatur in
uerbis dei. Bona ergo trepidatio
uerbi dei. que exultationem ge-
nerat. & hoc est super uulnus. qa
eloquiis dnicis uulneris dura
curantur. Letabor dico. sicut q̃
inuenit spolia multa. Spolia st
eterna. que diabolus conat auferre
ä & conuersio pscutorum. que
inuenta sunt. quando patiencia
mirati mrtum. etiam pscutores
cecideruntä. & est hic simultudo
auctoribus. qui uictis spolia de
trahunt. Vt spolia multa dicit